

... de signo xpi. **P**atet natiuitatis
inimicatio fuit vbi valde mirabile
nullus enim potuit ipm facere nisi deus
Iud Jo. in. **N**emo potest her signa face
re nisi deus fuerit cum illo. Unde
in. **N**emo potest in xpi inuentione fue
ratus notabilia signa q. s. **D**ico
tas fuit imitata. **P**rimo q. fuit in
tas fuit impregnata. **N**atura xpi
tas fuit temporata. **D**e em
tas fuit indurata. **M**o fuit immu
le qui est immutabilis et eter nus est
ignu qd fecit **M**yses corā pharaoe
gam suam. **C**redat in terrā et mu
st in solubri. **S**icut dicitur. **Q**uia ve

... hest. **N**ij et xij. **C**irca v. km
ni tamen esset regis assuet. **I**. de mis ser
tas q. totū ipm vortu infern. **I**udat
int et q. nullus ad em. **T**errene. **C**otent nisi
pino vityam suā. **S**uū bndm xpo
festo. **R**equilacione. **R**ender in lunc
tas. **I**ndem ad. **R**ester. **A**d bti
tas. **I**ndem in signū. **C**irca fuit p. m. m.
tas. **I**ntenta et sic. **T**ris. **H**uano generi vo
mo est obtenta et tota. **S**uertens tpe
illud gen. vi. **A**tmū meū ponam in nubibus.
i. filii meū ponā in mane puris viscerib.
et erit signū fedens inter me et terrā. **E**.
tas. **D**e. **S**enerens. **C**uartū signū fuit
q. ibi indinata oek. **S**ubliens fuit. **M**ag.

33 sätze →

Ne

Sammelwerk

15

[Large blue ink scribbles]

I
II
3
4
5
5
5
6
7
8
9



A. D. O. M. XXVIII.

DE CATARRHO,
DE SANGVINIS PER TVS-
sim reiectione,
DE ASTHIMATE,
DE DYSENTERIA.

Præsides

ERNESTO HETTENBACHIO,
Philosophiæ & Medic. Doct. & Professore,

Disputabunt

*Testimonium profectus sui, in doctrina & usu artis
Medicæ accepturi,*

In celeberrima VVitebergensi Academia :

M. BALTHASAR SCHULTZIVS, Gryphenb. Pom.
Illustris: Principis ac Dn: , Dn. CASIMIRI, Pom. Ducis &c.
& ciuitatis Colbergensis Medicus.

M. GEORGIUS BELSER, Vlmensis, Physicus
Eilenbergensis.

M. DANIEL SENNERT, Vratislouiensis.

TOBIAS KNOBLOCH, Marcobrettanus, Fr.

Die 3. Iulij, manè hora VI, loco consueto.

*Vitæ uerendo, pio et a
S. M. Jacobo Furmanno
auro mittente.*

VVITEBERGÆ
Typis Gronenbergianis.

Anno 1601.

28.

M. D. O. C. C. XXXIII

DE CATALANIS

DE SANCORUM PER...

DE DYSENTERIA

DE TESTE HEPTERACHIO

DE MEMBRIS...

DE...

DE...

DE...

DE...

DE...

DE...

DE...

DE...

DE...

DE...



DE CATARRHO,

De quibus respondebit

M. BALTHASAR SCHULTZIVS,
Pomeran.

THESIS I.

KΑτάρρῳ ἢ Influxionem Cælius dixit, alij Destillationem,
qui motus est humoris cuiusq; ^{ἢ τὰ κέρτα} in quasuis
subiectas partes decumbentis.

II.

Definitur ex Galeno esse excretum p.n. ex laesa cerebri facul-
tate alteratrice, quod dum causse morbificæ naturam induit, cor-
pus maximoperè affligit.

III.

Quam definitionem de quacunque fluxione vel in totum cor-
pus, vel in omnes promiscuè eius partes, seu internas, seu exter-
nas, accipimus.

IV.

Quo enim cunque excrementum illud feratur, morbos parit,
qui pro varia subiecti natura varias quoq; sortiuntur appellationes.

V.

Sed quæ intrò fertur fluxio extra quidem vasa, ea propriè
Destillatio Medicis auditur, de qua vulgò nomina extant, Coryza
seu grauedinis, si ad nares; ^{ἢ τὰ κέρτα} seu raucedinis, si ad fauces; Ca-
tharris.

A 2

tharris.

u generis nomine dicte destillationis, si in pulmones eadem
capitetur.

V I.

Ea igitur, quatenus vel tota substantia sua, vel quantitate, vel
qualitate à naturali statu recedit, differentias parit insigniores, de
quibus sunt catarrhi contagiosi, epidemij, præfocantes, ferini.

V I I.

Non enim contagiosi omnes Epidemij, aut etiam maligni,
nec hi *εὐτόμας ἀποδιδόντες* de quibus in Aphor. Hippocrates loqui-
tur, quos vulgò *πυρρόδες* seu præfocantes dicunt, nescio quam
rectè: nec cum his eiusdem planè sortis, qui in fati extremo consti-
tutos ferè plerunque omnes suffocant.

V I I I.

Qui quidem cùm magnitudine causse, tum subiecto & motu
inter se inuicem discrepant, de quibus alio tempore disputandi lo-
cus erit.

I X.

N V N C illarum Fluxionum, quas Medicis omnibus celebra-
tas magis diximus, causas addimus, quæ vel externæ sunt, vel in-
ternæ.

X.

Ex internis potissima est Cerebri imbecillitas, & hæc vel ut
in parte similari ex intemperie nascitur quacung, frequentius frigi-
da, quæ etiam caussa congerens dicitur.

X I.

Vel ut in parte Instrumentali, idque modò ex morbo, ut an-
gustia, cùm corporis sit *καθ' ἅπας ὀροφος τις* caput & tectum fumosa
domui incumbens, vel *ἐπιπνεύμεν*, ut eleganter Hippocr. loqui-
tur.

Modò

XII.

Modò etiam ab errore externo, id est, copia & qualitate fuliginose aut vaporose materie ex Epate calidior per Venas, aut Ventriculo frigidior, per patentes gutta fauciumq; meatus in cerebrum sublata. Quae causae sunt, acervationem pituitosi excrementi adjuvantes, ipso tamen fonte πύρωσιν minimè laborante.

XIII.

Haec igitur materia subinde augescentis moles tandem caput grauat, & acquisita acrimonia cerebrum stimulat, quae causae Impellentes dicuntur: his animi παθήματα annumeramus, quibus illud percellitur ac turbatur.

XIV.

Externae autem causae, impressione alienae qualitatis cerebrum vel affligunt, & imbecillitatem augent, ut frigus aeris nocturni, flatus Aquilonij, radij solares, calor balnei, fortis capitis frictio &c.

XV.

Vel simul debilitant, & materiam Catarrhis suppeditant, ex quibus sunt crapula, ebrietas, victus natura humidior, venti meridionales, Venus immodica, &c.

XVI.

Vel denique congestam in capite materiam, sed adhuc quietam agitant, ut frigus exprimens; aestus liquans & dissolvens, balneum laxans, & fundens, exercitatio perturbans. Usus item vini meracior, ciborum acrium, & aromatum calidiorum immoderatio.

XVII.

Sequitur autem eos, qui coryza vexantur, grauitas frontis ad nasarium radicem; quo loco praecipuè molestus pruritus est, qui mar-

A 3

tigitio

stigio, aut duriore etiam digitorum attritu adeo non ren-
jugem potius sternutationem cum oculorum lachrymatione faceffat.

XVIII.

Consensus item sessionis oculorum cum capitis & faciei infla-
tione.

XIX.

In fauces catarrhi delapsum ostendunt præter titillantem pru-
ritum vox obtusa & gravis, locutio impedita cum sensu insidiantis
cuiusdam præfocationis, transuoratio difficilis cum indesinenter ad-
monente exscreandi cupiditate.

XX.

Sed ad pulmones defluxionem comitatur capitis & pectoris
graueo totiusque corporis lassitudo, gutturis q. formicans titillatio,
tussis vehemens cum sputis tum spumosis, sed crassioribus, tum sa-
niosis, quibus omnibus spiritus difficultas attestatur.

XXI.

Calidam Fluxionem præter cætera ostendunt, narium palati que
pruritus, sternutatio, acrimonia erodens, substantiæ modus, odor fœ-
tidus, antegressa victus ratio calidior, iuuantia frigida. Sed his con-
traria, qualitatem etiam causse contrariam arguunt.

XXII.

Catarrhosi autem multis & magnis morbis sunt obnoxij:
Et fluxionem quidem ad nares ferri leue est, in fauces peius, in pul-
mones pessimum. Nihil enim pestiferum, nisi quod pulmones exul-
ceravit.

XXIII.

Qui à salsis catarrhis infestantur, vix à phthisis periculo immu-
nes sunt.

Graue-

XXIV.

Grauedine tentatis splen non est.

XXV.

Catarrhis præter ceteros obnoxij sunt, qui textum capitis natu-
râ habent rariorem, tum μακροκέφαλοι, Capitones dicti Simones, æt
Silones, θερμόπυλαχοι, πακυσόμαχοι, quales plerunque scholastici.

XXVI.

Rauedines ac grauedines in valde senibus concoctionem non
admittunt. 2. Aphor. 40.

XXVII.

Curationis Scopi ad tria potissimum diriguntur: Ad fon-
tem, unde scaturit defluxio; ad ipsum humorem, & ad partem, in
quam ea decumbit.

Curatio Scopi
dirigendi

XXVIII.

Cerebrum enim colligit excrementum, dum prauè nutritur aut
refrigeratur; trahit autem, intrâque se sorbet æstuans ac dolens; ad-
mittit aliunde affusum; humidius si fuerit, & laxius; susceptum de-
tinet; dum ἐκροαῖ & naturalia emissaria eius obstructio occupaue-
rit. Quibus omnibus intentum esse Medicum oportet.

I

Ad fontem
Cerebrum

XXIX.

Inprimis igitur, ut membra nutritioni destinata, suo ritè fungan-
tur officio, curandum.

XXX.

Mox Intemperies simplex quidem contrarijs cùm alimentis,
tùm medicamentis alteranda: Quæ verò in materia fixa est, ubi
Catharticus conuenientibus prius educata fuerit, corrigenda, tum ce-
rebrum ipsum roborandum, intus forisque adhibitis.

Calo.



XXXI.

Calorem autem attemperant, præter frigida, perfusio tepida decoctionis foliorum flor. & sem. frigidorum, tum lactis recens mul-
 ti; dolorem mulcent ac discutunt Anodyna dicta, quæ si debi-
 liora fuerint, *ναρκοτικά*, sed moderatè tamen adhibenda.

XXXII.

Quibus si nedum deferbeat capitis ardor, irroretur succo, de refrigerantibus tum stirpibus, tum floribus expresso, & actu frigi-
 do; aut illinatur eiusdem qualitatis oleis, ut rosaceo, Infrigidante
 Galeni, & similibus.

XXXIII.

Aduersus mittentium partium injurias cerebrum confirmant,
 quæ vberem eius humorem epotant, euaporant, & discutunt,
 tum laxitatem adstringunt, ac *τορόν* seu robur adserunt. De quibus
 sunt ratio victus desiccans, *τὰ ἰσχυρὰ* dicta, præsertim ex deco-
 cto Guaiaci, Sassafras, chinæ &c. parata: tum suffitus, odoramen-
 ta, & id genus alia, intus forisque admota, earundem virium par-
 ticipia.

XXXIV.

Sed mittentis rationem si totum corpus obtineat, in plethora
 quidem, tum acri, calidâque fluxione, vena externa dextri brachij,
 aut ea disparente, Media dicta cum vulnere mediocri secetur, si ni-
hil prohibeat, & alius sit chystere prius perfusa & eluta.

XXXV.

Calidos & salsos humores primùm ad gratam magis naturæ
 qualitatem reducit Galenus: post sanguinem detrahit, mox, egroto
 refecto, iterum fundit, idque identidem facit vicibus distinctis.

In

XXXVI.

In cacochymia preparatis prius succis vitiosis purgatio instituenda, & pro admonente usu repetenda.

XXXVII.

Reuocationi vaporum, ad caput viam affectantium, frictio competit partium inferiorum, atque exercitatio; tum ex acribus clysteres iniecti.

XXXVIII.

Sin ex epate aut ventriculo sursum aliquid mittatur, praemis-
sa totius euacuatione, Epate quidem epithemate refrigerante tem-
peretur, ventriculi vero os astringente vino aut medicamento obtu-
retur. Et haec de cerebro. XXXIX.

Ipse humor destillans, quod quantitate & qualitate mole-
stus sit, educendus, digerendus, dissipandusue, tum sistendus ac di-
uertendus.

XL.

Vacuant partibus dicata, per loca conferentia, vt os & nares; cu-
iusmodi sunt ἀποφλεγματισμοὶ, πτασματικὰ sternutationem cientia,
ῥῆγμα seu pupa & stuellii nasales, διακλύσματα, oris collutiones, &
quae ab utendi modo διαμασκήματα, à figurâ autem pastilli dicuntur,
per dimidiam horam ante cibum clauso ore mandendi.

XLI.

Gargarismorum, dum ad nares fluxio repit, etsi usus ali-
quis sit; tamen in fauces aut pulmones illa sese proripente, minimè
tutus.

XLII.

Humoris reliquias absument & discutiunt tam intus assumpta,
quàm foris admota, quaecunque digerendi, siccandique praedita sunt
potestate.

XLIII.

Intus praeter alia commendantur confectiones magna, theria-
ca, diateffaron &c. vna hora post cibum exigua quantitate veran-

B

da,

Ad ipsum humorem

neque minus ventriculo jeiuno; cui vel vini generosi parum, vel
aq. appropriatarum haustulus superbibatur.

XLIV.

In humore crasso frigidoque decoctum ligni, aut radicum chinae,
cum victu attenuante & desiccante probatur, imprimis ubi totum
corpus probe fuerit prae-purgatum.

XLV.

Foris conducunt lixiuia, embrochae tam naturales seu therma-
les, quam artificiales, sulphuris qualitatem sapientes.

XLVI.

His succedunt in ordine cerata & emplastra cephalica, de qui-
bus est ceratum Montagnana, ex gummis & succis paratum, tum
cucuphae barbaris dictae, seu cuculli & pileoli, quorum formulae &
descriptions passim reperiuntur.

XLVII.

Sistunt & ab inferioribus auertunt fluxionem aër, nulla qualita-
te actiua superans; tum alimenta & medicamenta refrigerantia, &
Crassum Cincassantia: in illorum classe sunt amyllum, oryza, oua tremula; in
horum censu Syrup. violarum blauus, de nymphæa, papauere, &c.

XLVIII.

Præterea Eclegmata & Lohoch de psyllio, theriaca juvenis, dia-
codion, pillulae de cynoglossa, & tabulae diatragacanthi frigidi, diapa-
paueris &c. sublingues, h.e., ore continendae, dum contabescant.

XLIX.

Foris profunt perfusiones & lotiones capitis, ex tepida aqua,
decocto florum, radicum, & herbarum capitalium refrigerantium,
quibus linimenta eiusdem facultatis substitui debent.

L.

Diuertunt fluxionem ceratum ex Thapsia, stercore columbi.

no, emplastra ex sinapi aut euphorbio ad futuram coronalem, ueni
peregrinum illud gummi Tacamahaca, ex India allatum.

L I.

Si his nihil profeceris, setaceum ceruici ad colli articulum im-
pingatur, vel cauterium ad fonticulum dictum ponatur.

L II.

Pro vario autem humoris decubitu, si usus monet, & vires
annuerint, brachio & cruribus simul plura cauteria adhibeantur.

L III.

Tandem pars suscipiens fluxionem si nobilis fuerit, adstringen-
tibus, & repellentibus ab injuria illius vindicanda est, sed horum u-
sus in ignobili parte extimescendus. 3

L IIII.

De diæta præterea notandum, eam semper causse efficien-
trariam esse debere. Aër igitur vbiq; sit temperatus; Solis & Lu-
ne radij, ut & ignis, nocent. L V.

Cibum parca manu porrigit Mesue, in coena præsertim; sitis to-
lerantiam multam imperat Auicennas.

L VI.

In Principio quiescere conuenit, in declinatione autem exerceri.

L VII.

Somnus & vigilia curationis catarrhiradix Auicennæ credun-
tur, hæc quidem vt iuuans; ille si meridianus, aut licet nocturnus, sed
productior, nocens. L VIII

Declinante morbo balnea conueniunt, & sudationes asse: tum
gestatio, ore ad aërem bene munito.

L IX.

Aluus sui officij memor sit; mens verò tranquilla & quieta in
corpore mundo.

THEMATA
DE SANGVINIS PER TVS-
SIM REIECTIONE,

Ad quæ respondebit

M. GEORGIUS BELSER, Ulmenfis.

T H E S I S I.

Quam generis nomine Hippocrates τὸ αἷματ⁴
πύσιν ἢ ἐκπύσιν; eam Græci posteriores ab a-
scensu seu via ἀναγωγῆς ἢ ἀναφορᾶς dixerunt, quæ
est sanguinis ab inferioribus sursum per os cum tussi
facta exspulatio.

II.

In Coacis autem τὸ αἷματ⁴ ἐμείσιν ex pulmone le-
gitur. Vnde Poëtæ; purpuream vomit ille animam,
qui ex thoracis vulnere cum sanguine ἀθρόως, pleno
ore, ac ceu vomitu animam effundebat.

III.

Hanc Latini cruentum nunc sputum, nunc fluo-
rem dixerunt: etsi, quòd ascensu quodam, non lapsu
fertur, fluor improprie dicatur: nec qui fluor languis,
idem sputus, aut vicissim sit, quando hic mate-
riæ parvam significationem referat, ille plurimæ Au-
reliano.

IV.

Affectus ipse symptoma est de genere excre-
torum, toto genere præter naturam, quo languis tuf-
si per os extunditur, propter vaforum, aut qui in illis
continetur, sanguinis vitiosam constitutionem.

V.
Vasorum hæc διάδεσις ab imbecillitate καὶ δεικτικῆς
διωξίμεως proficiscitur, quam peperit solutio continui-
tatis.

VI.
Profluit enim sanguis ex vasis, vel reaseratis eo-¹
rum oscellis, κατ' ἀνασόμωσιν: vel tunica diuisa καὶ ῥήξιμ²
αἰσέσι; aut erosa eadem καὶ διάβρωσιρ.

VII.
Quartum genus διαπιδήσιρ non agnoscimus, qua
sanguis διιδρύμενος feri vel sudoris modo per raram
vasorum laxitatem transmittitur; unde sudationem
illam Cælius nuncupauit.

VIII.
Nisi propriissime διαπιδήσεως acceptum verbum
de ea sanguinis profusione, quæ contulis fiat exigu-
arum venarum osculis, unde ceu transiliendo ille e-
rumpat, intelligendum esse, quis contendat, ut meti-
pse Galenus explicauit.

IX.
Quo quidem sensu ad alterum de superioribus ge-
nus referri non incōmodè posse videtur. Etsi ad ἀνασό-
μωσιρ illam Galenus reijciat, quòd ceu genus quod-
dam apertionis seu reclusionis vasorum statuit: ut
in maioribus adeò quæ fit, generis appellatione; in
minoribus verò διαπιδήσιρ propriè audiatur.

X.
Morbi igitur hîc caussarum antecedentium ra-
tionem sustinent, quæ symptomatis meritò remotæ
sunt,

B 3

sunt,

sunt, à manifestis & forinsecus accedentibus aliis excitatæ, quas tamen omnes vnâ simul αἰτίων τῶν πρῶτων αἰτίων appellatione innuere Galenus solet.

XI.

Reserat autem vasa sanguinis cùm copia tùm qualitas. Diuidunt eadem, & quidem vel penitus, vel ex parte tantùm, idque secundum longum, vel latum, humor quiuis immodicè auctus aut vitiatus: tùm in eo residens spiritus crudus, frigidus, φουσώδης σωματικῶν & distendens vasa, intemperie præsertim frigida siccave laborantia.

XII.

Erodit cùm hæc, tùm ipsam pulmonum substantiam exest à capite in pectus præcipitatus humor θησιώδης, acris & corrodens: vnde vasorum pariter & ipsius pulmonis frustra seu βρόγχια, Galeno cum tussi reijciuntur.

XIII.

Sed in externis habentur ὥρα seu tempus anni, regio, cœlique constitutio calida, frigida, utraque αἰμορραγικὰ Hippocrati in Aphorismis. Ex Epid: τὸ ψυχρὸν παντὶ φλεβῶν ῥηκτικόν, cum Ægineta Aphrodisæus repetiuit.

XIV.

Alimenta item & potiones calidæ tùm medicamenta, puta, Euphorbium, Aloë, & quæ alia vim aperiendi rodendive, sibi à natura concreditam, habent. Somnus, vigilia, motus corporis, & animi immoderata omnia: Mensium & hæmorrhoidum suppressio.

prelsio. Vnde Celso menstrua sputo reijciuntur, quæ
Dodonæo à lacrimalibus destillârunt; Hippocrati e-
adem de naribus purgantur, vomitûve redduntur.

XV.

Notis igitur suis affectæ partes & causæ distin-
guuntur: Nam ex faucibus qui despuitur sanguis,
cû rara tussicula, sed multo fit pauci sanguinis secreta-
tu: ex trachea, qui minore cû secretu attollitur san-
guis exiguus & tenuis, salivalem oris humiditatem
capilli vnius aut plurium imagine ceu delineare con-
spicitur.

XVI.

Sed ex capite ad fauces adactus, titillante mordi-
catione guttur urit, non item ut in arteriæ læsione
dolorem cit, quem frigidi inspiratus & tussiculæ ex-
asperat frequentia, nec vox hirta exauditur.

XVII.

Quòd si, præcedente nunc leui, nunc paulò inten-
siore tussi, in sanguinis fluorem ægri veniant, indèq;
tussire prius non desinant, quàm sit eructatus vni-
uersus, ex pulmone is educitur tenuis ac floridus, de
cordis nimirû scatebra in pulmonis $\pi\acute{\alpha}\rho\acute{\iota}\gamma\chi\upsilon\mu\alpha$ per ar-
teriale venam delatus: qui quidem ob id spumo-
sus sit, & secundum Paulum subalbidus seu flavus,
& nunc sine, nunc cum dolore, sed remisso eodem,
pérque interualla extussitur.

XVIII.

De pectore autem multa vehementique tussi so-
licitatus, crassior, subniger, & gelatus cruor cum
dolore, noctu subinde ingrauescente, reijcitur, & nō
cum:

cum nulla respirandi difficultate, majore, minore,
pro causæ magnitudine, sanguinis copia, & varia
locorum affectione.

XIX.

Iam qui vasorum vel osculatione seu reclusionem
(ἀνασώμωσις Græci dicunt) repente, sensim tamen, par-
cèque sanguis fluit, spissior est, & quàm à pulmonis
vulnere fusus, ruber magis, sine calore & dolore;
grauitatè, quam τὸ πλεῖστον χυμῶν, & corporis repletio
afferebat, εὐφορία permutans, exhauriendo nimirum,
quod naturæ nimium est & molestum.

XX.

Sed ubi disruptum vas, grandius præsertim, fu-
erit, cruor subito, & uberrimè, ceu vomitu quodam
prodigitur, sæpè adeò, vt pelues implese visus sit,
cum magna aliqua & notabili causâ præcedente.

XXI.

De ἀναβρώσει porrò testatur febris putrida, tussis
ex acri fluxione aliquandiu inanis, sed ex modicis
interuallis, sputum purulentum raro sanguine tin-
ctum, aut aquæ simile, in qua caro recens rugulata,
elota fuerit, mox sanguinè, quem erosa pulmonum
substantia remittit, exiguum elidens.

XXII.

Quem enim maiora vasa ob erosionis augmen-
tum fundunt, ἀδρόωσις is, ac ceu vomendo profundi-
tur, coloris & odoris prauis. Vnde ξύσματα ἢ ἐφελκίδας
multi, & crustulas bronchij, aut alterius vasis; alij
non pauci, putridas portiones, nunc minores, nunc
maiores, non sine vitæ jactura, tussi sunt ejaculati.

Omni-

XXIII.

Omniū autem ægritudinum periculosissima
 αἰμόπρωσις existit: sanguinem enim supra (id est, per os
 cum tussi) ferri ἐν τῷ κακῷ senex posuit. Et de pulmonū
 substantia reiectus malignus omnis Galeno, quando
 ferè in vlcus abeat, & febrim hecticam secum tra-
 hens, cum tabe hominem conficiat. De pectore etsi
 cum dolore tussiat, minùs tamen, quòd sanatio
 non desperetur, formidandus.

XXIV.

In causis periculi gradus sunt. Mitior enim omni-
 um ἀνασώμωσις: hac sævior ruptura, difficilima erosio.
 Nam à sanguinis sputo, puris sputum, malum, 7. aph.
 15. & à puris sputo tabes, fluor: cùm verò sputum
 retentum fuerit, moriuntur. 7. aph. 17.

XXV.

Tempus anni calidum & humidum Aretæo suspe-
 ctum, minùs æstas, minimè omnium hyems. Iuveni-
 bus autè familiares τὰς τῶ ἀιματῶ πύρωσις, ἢ φθίσις Hipp.
 scripsit. Ex quibus εὐσαρκοὶ & quadrati faciliùs curan-
 tur, vt & μικροτέρα χηλοὶ Erasistrato, Aureliano parui col-
 les dicti: non item tenues ac debiles, & qui sunt por-
 recta collorum longitudine formati, tum succulenti
 aut carnosi, quibus spirandi vehementia obstat, de
 Alclepiadis sententia.

XXVI.

Mira profectò hominis natura, in molesto vitæ
 suæ tædio ad minimum sanguinis fluorè expauescen-
 tis, de que seipso desperantis, in omnium tamen sæuif-

*et quæ in fati extremo ipsam relinquens de pulmōnī-
 bus profusione, animum non despondentis suum, &*

ima, nimirum visceris ἀνασθησίου indulgentiam, mor-
tisque auscultantis securitatem miseris pollicente.

XXVII.

Cum igitur ex magnorum affectuum numero sit
τὸ ἅματ' ἀναγωγῆ, magnis etiam praesidiis, & celeri-
ter curanda, ne concepta ex fluore inflammatio ho-
minem in tabem conijciat.

XXVIII.

Omibus autem, qui desperati nondum plane
sunt, tria praesidia competere Galenus docet, phle-
botomiam, purgationem, & capitis roborationem.

XXIX.

Sanguinis igitur effrenatiùs erumpentis sisten-
1- dus impetus, venæ cubiti internæ eiusdem lateris se-
ctione, ex qua Galenus modicum extrahit, & per in-
terualla, cum ægrum ipsa morbi malitia satis euacu-
atum per se debilitet.

XXX.

In πολυαιμοίῃ καὶ μεγαλοφλέβῃ liberaliùs sanguis fun-
ditur: In curtiore eius supellectile reuellitur ad re-
motissima; deriuatur autem ad proxima. Hinc Auic:
menstruatis tam viris, quam foeminis, saphenam; mox
basilicam tundit.

XXXI.

In strigosis & quibus assularum in modum tho-
rax strictum premitur, quæ est σπασμὸς corporis con-
stituti.

stitutio, aridis naturis, quas περιγώσε Hipp. audit,
familiaris; tum qui longiore inedia tantum non sunt
consumpti; biliosis denique vena non secanda, quod
probioris sanguinis demensum parcius possideant,
& freno suo remoto bilis majorem furorem concipi-
at.

XXXII.

His ergo clysteres; tum cucurbitæ collo, scapu-
lis, clunibus atque femoribus impactæ; vincula item
aspera, & dolorifica extremorum, (in pedibus qui-
dem supra malleolos & genua, in manibus supra
brachiale & cubitum) frictiones, & ex calida fofus,
venæ usum supplebunt. Quibus in viscerum gratiam
ab aliis adduntur hypochondriorum epithemata, &
linimenta, scorti item in viris, & mammillarum in
mulieribus ex posca rigationes.

XXXIII.

Humorum acrimonia si stimulet; appropriate
correcti, χολαγώγαις educendi sunt.

XXXIV.

Vbi autem quieverit æger, poscam propinat Ga-
lenus ad sanguinis concrementa, qui θρόμβοι sunt,
dissolvenda. De vulgo qui sunt, ad Arabum numi-
am, carbones tiliæ & veteribus ignotum ceti sperma
(Balrad / quasi Baldrad aniculæ vocant) ceu ad
sacram anchoram, mox inter initia confugiunt: ne-
scio quàm rectè.

XXXV.

Causis autem τὰ ἰχαιμα attemperanda, id est, quæcunque obturandi glutinandique potestatem habent, ægro propinanda, hac quidem ratione obseruata, vt in vasorum osculatione, quæ astrictione sua obturant; in eorundem ruptione, quæ vi emplastica citra mordacitatem desiccando glutinant, superent.

XXXVI.

Etsi hîc quoque adstringentium vis, quàm in reseratione vasorum, maior desideretur, quæ tamen nimia non sit, ne sanguis ad pulmones repulsus, grauiorum fiat autor malorum. His autem Galenus calida quædam & tenuium partium commiscet, *ἐναδόμεως ἐνεκα.*

XXXVII.

In virium lapsu ad opiata Galenus descendit, & Theriacen exhibet: sæpe philonium Romanum: sed & diacodion simplex, cum salute non rarò fuit propinatum.

XXXVIII.

Si à faucibus reijciatur sanguis, ex astringentibus διακλύσματα & gargarismi conueniunt, & ex aceto: si ex gutture, acetum sincerum ore tantùm continendum sine vilo percussu, Aurelianus docet, vel etiam sorbendum.

XXXIX.

Pectori autem Galenus adstringentia, nec omninò, nec sine discrimine, nec omni tempore imponit, & quidem in forma liquida, ne graua pectus opprimant,

mant, aut respirationem impediant. Alibi refrigerato pectori cerotum ex thapsia applicat.

XL.

Sed & capitibus eorum, quibus acris & falsa destillatio in pulmones sese penetrat, idem cerotum ab vniuersalium procuratione insternit, vt catarrhorum materia exsiccetur, neque amplius quid in pulmonum substantiam præcipitetur, aut tulsim proritet.

XLI.

Hi igitur in primis boni succi cibis reficiendi sunt, quibus expressa dicta, & carniū destillata conueniunt: vt & electuaria, quibus cum humoris acrimonia retunditur, tum quod illius reliquum est, discutitur penitus atque absorbetur.

XLII.

In quem finem balneas dulcium aquarū imperat Galenus, & præter frictions, etiam in ambulationem secundam: cui tamen gestationem alij præferunt, qua nimirum & corpus minus agitetur, & respirandi quoque necessitas minor adferatur.

XLIII.

Lac autem ita ex usu est his, quibus pulmones exulcerati sunt, vt qui illud neglexerint, omnes perpetuum à sanitate relictos Gal. testetur. Calens autem & à propius astantis animalis ubere mulctum, & cum saccharo melléve conditum bibatur, vt idem monet.

XLIV.

Qui quidem auxiliorum omnium cyclus aliquandiu continuandus est, ne facile malum repetat. His

C 3

enim

enim si nihil proficiat medicus, ad cauteria sese & u-
napismos in futura coronali conuertat, aut cerui-
cem inter primam & secundam vertebram inurat.

XLV.

Cæterum victus ratio tenuis refrigeret, & cum sic-
citate adstringat. In potum aqua veniat pluuiæ, co-
cta cum rosæ rubris, & santalis, vel chalybeata. Vi-
num, si necessitas exigat, in febris tamen absentia,
nigrum sit, & austerum, extinctionis auri, aut ex cha-
lybe, candente ve silice ignitum. A motibus corporis
& animi quiescat. Cætera si moderata, naturalia,
salutaria.



T H E M A T A
DE ASTHMA TE,

Ad quæ respondebit

M. DANIEL SENNER T,
Vratislauenſis.

THE S I S I.

AΣΘΜΑ πᾶσα τὸ ἀδυναμίας dictum vult Galenus, à citata &
crebra respiratione, qualis currentibus, aut quouis alio modo
vehementer exercitatis accidere solet.

II.

Hic autem Hippocrates propriè eum affectum intelligit, in quo
crebra & densa respiratio, citra febrim, nimium augetur, à causa
spiritus

Spiritus vias occupante. Latini anhelationem siue suspirium ab acci-
dente nominarunt.

III.

Quod malum si adeò ingrauescat, ut aegri difficiliùs, nec nisi ere-
cta ceruice spiritum trahant, Græci vocabulo suæ virtutis contrario
etiam ὀρθόπνοια dixerunt, quasi dicas, spirationis correctionem, cum
hanc illa conuertat potius & deprauet.

IV.

Est autem asthma seu orthopnoea spiritus difficultas vebemen-
tior, qua crebrò & multum cum stertore & strepitu respirant aegri,
sine febre, facta ab angustia vasorum, quæ in pulmonum substanti-
am diuisa dehiscunt.

V.

In pulmonibus igitur hic affectus consistit, non circa fauces,
quod perperam Celsus credidit.

VI.

Quamuis enim omnium oris partium, tum earum, quæ in fau-
cium & thoracis ἐσθλαστικὰ continentur, & ipsorum adeò pulmonum,
tum his vicinorum viscerum ἡ πνεύματι δὲ ἀερίῃ harmoniam spiri-
tus turbare, & varias respirationis lesæ differentias gignere possit:
sine tamen febre est, quam propriè asthma definiuimus, in pulmonum
arterijs, & ferè asperis tantum, quod Galenus velle videtur, caus-
sam habens.

VII.

Ea autem est σίγρωσις & obstructio à multa, crassa, lenta & vi-
scida pituita in pulmonibus collecta, aut aliunde, à capite præsertim,
transmissa.

VIII.

Ad hanc causam obstructionis proximam etiam flatum referimus,
quem

quem ex materia frigida lentaque, per se $\phi\upsilon\sigma\omega\delta\epsilon\sigma\iota\varsigma\alpha$, calor partium
superueniens exprimit, qui dein feruore intumescens, & sursum vi-
am affectans, ingrauescentium, & per vices, licet minimè statas, re-
petentium accessionum fit author.

IX.

Quidam hic visceris frigidam intemperiem, & validè resiccantem metallorum venenatam auram, vt in aurificibus & Chymistis; tum pectoris stricturam, seu naturà seu casu acquisitam, addunt: quas vt maximè $\delta\upsilon\alpha\sigma\upsilon\upsilon\alpha\epsilon$, non tamen propriè dicti asthmatis causas agnoscimus.

X.

Etsi interim, qui ex viscidiorè pituita calore coguntur grandines, & veri calculi duritiem præferentes tophos, à causse obstructionem committentis dignitate non excludamus, vt nec $\omega\mu\omicron\pi$ $\phi\upsilon\sigma\mu\alpha$ Galeno dictum, arterijs præsertim annatum tuberculum crudum, quod naturæ suæ primordia pituitæ attestatur, vel humori melancholico, vt in leprosis.

XI.

In externis, aëris est quæcunque intemperies, destillationes ad pulmones citans, præsertim aër crassus, frigidus & humidus: Ventus & regio meridionales.

XII.

Quò referri quadam ratione posse videntur aër ædium nuperrimè calce illitarum, & in charonijs barathris & cauernis conclusus ac putridus: tum fumus carbonum, fossilium præsertim, & aura venenata & suffocans circa venas chalcanti in Cypro apud Galenum, & aliarum metallicarum fodinarum, Schwaden vocant.

XIII.

Peculiare est, quòd ad odorem accensæ plumæ quidam confestim in asthma incidunt, vt quædam etiam feminæ ad moschi odorem.

Sed

XIV.

Sed ad ea, quæ foris admouentur, pertinent inunctiones ex hydrargyro, quarum Hollerius meminit, & ex Iacchino in observationibus suis Schenckius.

XV.

Hæ igitur causæ per se manifestæ sunt, sed internarum, tum partis, in vero asthmate affectæ, signa à Medico tantum obseruantur & distinguuntur.

XVI.

Etsi enim & ipsa respirandi difficultas nemini non obuia est; tamen huius affectus propriæ magis quædam notæ sunt, cum aliis dyspnœæ differentiis minimè communes.

XVII.

Nam incipiente anhelatione, grauitatis sensus cum quadam extensione ad pectus & ad spinam percipitur, qua membraneorum vinculorum interuentu pulmones dorso substringuntur.

XVIII.

Malo ingrauescente nares acutæ fiunt, & ad spirandum paratæ; oculi perinde, vt in ἰσοφθάλμω, prominent, quorum obtutus suspensus est, vox humida, obscura, debilis, sono carens, & sæpenuerò intercepta aliquandiu subsistit.

XIX.

In statu, difficultatis summa sunt omnia, cum sudore circa frontem & jugula, vnionum seu perlærum modo conglobato, collum intumescit, sensus suffocationis ad thoracem, qui ob maximam distensionem ex nimia humorum abundantia latitudinem in dorso & pectore amittens, in rotunditatem, vtris modo, attollitur, cum maxima spiritalium organorum angustia, & præfocationis presentæo metu.

D

Hint

Hinc schema corporis subinde permutant egri, ac sub diuum proficiscuntur, in quo $\sigma\upsilon\rho\ \tau\omega\ \mu\epsilon\tau\epsilon\omega\rho\iota\sigma\mu\omega$ altum nimis, quasi vniuersi huius omnem aërem absorpturi, spirare videntur, & nunc ἀνακαθίζου, seu residendo, nunc etiam ἀναλκίδου seu ceruicem arrigendo aërem trahere; etsi, quod usus necessitati sufficiat, πνεῦμα quantumuis μετεωροῦ, minimè assequatur.

Quia enim multum afflictus, & tantum non oppressus pulmo est, spiritus, quem ducendo viuimus, nec à larynge & arteria com meatum habet, nec in pulmone, ubi excipiatur, sedem inuenit: Unde per angustias viarum tractus & elisus ῥόχον edit, & sonorum strepitum, qui oregmon Arabibus dicitur, cum densa respiratio-

Si frigidus idem ad tactum fuerit, & eger paulatim βραχὺ πνοῦ factus, ἀναυδῶ tandem fiat, & planè ἀφωῶ, lethale hoc est, ipsiq; jam jam cum restante minima respiratione (τὸ μινυθῶδες πνεῦμα Hippocrates vocat) anima eliditur, inducta tum in vniuersum corpus momento ferè extrema perfrigeratione, quæ in apoplecticis seriùs emergens, à sepultura eosdem longiùs ex lege prohibet.

Remittit autem tum, & miseris inducias pollicetur malum, cum facies residet, collum detumescit, vox blandior atque mollior auditur, spiritus rarior & facilior ducitur redditurque. In Coacis.

Insequuntur deinde sputa mucosa, purulenta, humidiora, cum annisa minore: Inde verò etsi faciliùs egri inambulent, morbi ta-
men.

men symbola secum circumferentes aduiciam retinent, & ad ac-
nes quascunque mirificam tarditatem.

XXV.

Ipsam porrò affectam partem ex præteritis cognoscere Galenus
docet. Etenim in secunda valetudine paulatim incipiens spirandi
difficultas, & magis confestim, sine tamen febris & stridore, aucta,
suspicionem nati alicubi crudi tuberculi affert.

XXVI.

Et in gutture quidem si illud consistat, in faucibus suffocatio-
nis sensus; ad thoracem verò idem, sed cum gravitate astringente,
percipietur, in arteria si obortum fuerit.

XXVII.

In vena arteriosa vel arteria venosa natum tuberculum ar-
guunt, præter tremulam pulsus inæqualitatem, syncope & cordis
palpitatio.

XXVIII.

Hec igitur, si non semel, bis tère sequatur, ac sæpius cum re-
pentè oborta difficili respiratione hominem fatiget, tandem occidit.

XXIX.

Asthma verò morbus frigidus quidem & diuturnus, ob pa-
roxysmos tamen vehementissimos, similiter epilepsia, spasmo &
aliis acutus, subito ægrum suffocare solet.

XXX.

Quicumque vel natura, vel otio, vel victus intemperantia obe-
siores pinguem aqualiculum circumferunt: tum tussi & destillatio-
nibus frequenter infestati, anhelationi præter ceteros sunt subjecti.

XXXI.

Pueros asthma à fluxionibus supernè irruentibus occupat, &
citò interficit. 3. aph. 26. com.

D 2

Qu

XXXII.

Qui gibbi ex asthmate aut tussi ante pubertatem fiunt, statim moriuntur, 6. aph. 46. senes autem ad mortem affectus comitantur, 2. Aph. 40. com.

XXXIII.

Ceterum asthmatis curatio victum & medicamentum requirit, crassos & viscidos humores secantia & attenuantia, quae ex Galeni praescripto quandam humiditatem coniunctam habere debent.

XXXIV.

Aer igitur ad calidum & siccum parum inclinet: somnus sit moderatus, nocturnus: Meridianus enim vim caussae adauget. Fiat autem capite sublimi, reliquo corpore in alterum latus reclinato, quando supinum decubitus asthmatici minimè impunè ferant.

XXXV.

Quiescat in accessione: Extra eam moderatè ante cibum exercetur ad lassitudinem, gestatione, suavi ambulatione, navigatione, praesertim in locis marinis, nisi ex ferina destillatione tabes obstet.

XXXVI.

Sed & fricationes partium inferiorum, non quidem per se ipsum: sed astantes, fieri procuret aeger: Alius pigrior clysteribus sollicitetur. Vitentur animi omnes perturbationes immoderate.

XXXVII.

Parca omninò sit coena; prandium cum frugalitate liberalius, juscula laudantur caulium ex lenientibus, incidentibus & tergentibus, hyssopo, thyma & c. condita; carnes animum montanarum, perdicum, caponium, pullorum gallinaceorum praeseruntur. Iecur quoque vulpinum aut pulmo in vino nigro spirandi laxat meatus Plinio.

XXXVIII.

Panis bene fermentatus & cum feniculo, aniso, cinamomo & croco pistus, parrigatur.

Potionis

XXXIX.

Potionis quàm minimum conuenit, non vniuersim quidem, quod Celsus putat, sed ubi abscessu interiora laborant: Multum contra, quibus bronchia sunt viscosis & crassis humoribus obturata. Rationem reddit Galenus 7. $\kappa\alpha\tau\alpha\tau\omicron\upsilon\sigma\epsilon$, qui vinum in potum admittit tenuis substantiæ, quod vetus præterea sit, odoriferum, infusionis maximè hyssopi, quod omnibus antestat.

XL.

Medicamenta eiusdem genij, partibus adhibentur, vel mittentibus toti & capiti, vel suscipientibus, vt pulmonibus & bronchijs.

XLI.

Ex corpore diuertunt & vacuant Venæ sectio, in ætate quidem media, plethora, habitu corporis quadrato, suppressione solentium euacuationum, & urgente præfocatione.

XLII.

Senibus enim vitæ thesaurus sanguis minimè prodigendus, quibus flatus præcordijs obstrepentes clysteribus reuocandi sunt, & ex corpore ablegandi.

XLIII.

Hinc materia præparanda lenientibus, incidentibus, & detergentibus, inter quæ scilla est medicamini Plinio nata, & quæcunque inde parantur alia, acetum, lobob siue lambile, mel & oxymel, scillitica.

XLIV.

Commendatur etiam jus galli antiqui, cuius peculiare præparations apud Auicennam & Oribasium habentur.

XLV.

Ex digerentibus etiam decoctis purgans potio non sine leui acuminè propinetur, & pro vsu admonente, ex cassia, catholico, imprimis Agarico & mechoacanna, cum ptisanæ cremore repetatur.

D. 3.

Postridiè

XLVI.

Postridiè theriacæ aut mithridatij antiqui vna drachma cum conserua enulæ, capillorum Veneris, aut ex aqua scabiosæ, tussilaginis, aut vino albo, tenui & veteri exhibeatur.

XLVII.

A capite auertunt & vacuant errhina, manè & vespèri ante epulas usurpata. Digerunt & dissipant non setones quidem, quibus crassa relinquuntur, sed rasi capitis defricatio, cum ijs, quæ moderato calore superuacua & frigida absorbent & dissipant; Lixiua, & omnium maximè cauteria, de quib. in catarrhi curatione dictum est.

XLVIII.

Iam pulmo cum fistulis ejus, per ea, quæ sputum promouent, deobstruendus & expurgandus. Quæ quidem quòd tussim commoueant, & ipsum sputum substantiæ suæ modo, licèt detersum, facile non reijciatur, multa humectatione opus habent.

XLIX.

Huic igitur intentioni deseruiunt, INTVS quidem Syrupi pectorales, & eclegmata Græcis dicta, quorum lentor hic appropriatis liquoribus diluendus, ne vias spiritus obsepiat, aut expirationem impediât.

L.

Multi, tanquam nouum secretum, asellos sub aquarijs vrceis stabulantes prædicant, quorum tamen liquorem cum vino expressum ad deplendos saburratos pulmones mirifico successu, nisi Galeno ex Asclepiade monstratore, non propinarent: Ex melle autem vel ouo sorbili minori nausea hauritur.

LI.

Reliquias epotant sulphuris flores aut Mesuæ diasulphur, cum liquore, siccitatem illorum castigante.

Foris

LII.

FORIS pectori conducunt, litus ex oleis humectantibus pariter & attenuantibus: Item mucagine seminum lini & fœnugræci, cum aqua scabiosæ, aut enulæ extractæ. Vniuersum autem pectus inungitur blandè prius fricatum, & lana molli aut tomento munitur.

LIII.

Quæ relicta sunt, exsorbent suffumigia, quorum fumus ore per tubulum captetur, ex tussilagine sicca, Dioscoridi suffita.

LIV.

Sulphuris, & quod intus quoque nonnulli exhibent, arsenici rubri, cei infernalium medicamentorum, vsus vitandus.

LV.

τὰ ἐλκτικὰ, & ἐπιπραστικὰ, quæque his vehementiora exsistunt, suspecta nobis meritò sunt, vt & Ustulationes, quas pectori Aëtius adhibet, quarum crudelitatem non ferunt naturæ delicatæ.

LVI.

In ipsa tandem accessione, qua pulmonibus infarctæ pituita æstuans, sursum in arteriam acta, presentaneam minatur suffocationem, ad reuulsionem eiusdem conueniunt, situs corporis ægri in loco plus quàm temperatè calido & lucido, cum capite elevato: Litus & fatus pectoris, blanda articulorum fricatio, vincula dolorifica, cucurbitulæ thoraci, scapulis, lumbis & partibus ad cinctum corporis, tum cruribus & regioni sub mammis affixæ, & suauius detrahetæ. Venæ item sectio, si per conditiones superiores licuerit.

LVII.

Hoc tempore autem chysteres minimè infundendi, nec scammoniata, sed mitia, & minima dosi lenientia, sedato jam pituitæ furore, propinanda.

Summope-

Summoperè vomitus hic vitandus, etiam extra mali exacer-
bationem.

Sputum potius promouendum, reliquæ humorum dissipandæ,
quod cum moseho quidam faciunt, ex aqua calida decoctionis semi-
nis ocymi propinato, vel oxymelle & ammoniaci momento.

Sequantur deinde decocta radicis chinæ, sarsæ parillæ, aut
ligni, satis dilutè in potum assumpta. Quibus tunc utiliter pilulæ ex
sulphure cum aqua maluæ sæpiùs eloto, & terebinthina cum aqua
hyssopi præsumuntur: vel carica, aqua vitæ immaceratæ, & flore
sulphuris respersæ, vel lohoh ad asthma. His enim ma-
lum funditus exhauritur, ut & abscessus de-
siccatur, tum recidiva æger vin-
dicatur.



PRO-

PROPOSITIONES
DE DYSENTERIA;

Ad quas respondebit

TOBIAS KNOBLOCH.

THESIS I.



Ommunis est dysenteriae significatio apud Hippocratem de quacunque cruenta excretionem, per intestina, undecunque, & quocunque ea modo fiat.

I I.

Sed propriè dicta, ulcus intestinorum ipsa voce notat 6 loc. affect. c. 2. Eam Celsus tormentum dixit: Aurelianus ab officii difficultate passionem, maluit.

I I I.

Eam igitur in praesentia definimus exulcerationem intestinorum, quæ ramentosas inducit & cruentas, cum dolore, egestiones.

I V.

Tres autem huius quasi gradus quosdam Galenus constituit. Nam in primo intestinorum mucor pituiteus, quo interiora ipsorum obunguntur, ab alluie mordentis, rodentisque succi destringitur, ipsaque adeò intestina, velut epidermidetenus, ulcerantur: In secundo vehementior est, & carnetenus facta illorum exulceratio: in tertia substantia intestinorum jam vomiv habet, & ulcus sordidum, ac depascens.

V.

Causarum igitur necessaria est inuestigatio. Earum hîc, ut in aliis morbis omnibus, duo principia tradit Hippocrates, unum quidem τῶν ἐξωθεν: alterum, τῶν ἐνεόντων.

E

Foris

VI.

Foris quidem, quæ corpori occurrunt, sunt τὰ διαίτηματᾶ, & quem ducendo viuimus πνεῦμα seu aër.

VII.

1 Victus ratio in secunda valetudine naturæ calidioris similis instituta: Edacitas carniū bubularum, ciborum acrium, salforum, tum dulcium multorum usus continuatus, ingluuies vini fortis, in æstate præsertim calidissima & siccissima, nec minus his aqua per plumbeos syphones means, omnia bilis acerrimæ ferocissima.

VIII.

Ex admotis medicamenta sunt, vel naturæ suæ genio effrenatiora: vel quantitate immoderata; vel ipsa apparatus prauitate, aut negligentia infesta.

IX.

2 In spiritu, seu aëre præteriti temporis vitium, cum præsentis statu inæquali dysenterias parit. l. 3. aph. 4.

X.

Et ipsæ verò tempestatum αἱ μεγάλα μεταλλάξαι, quæ sunt naturæ τῶν ὄσων, insignes alterationes, sicut infectioni, ac corruptioni aëris aptissimæ: ita dysenteriarum sæpe pestilentium ferocissimæ esse consueuerunt, quarum in historiis, non pauca etiam in Epidemiis leguntur.

XI.

1 Sed in corpore ipso tria considerat Hippoc. I. τὸ συγενές, insitum seu congenitum temperamentum calidum, & siccum,
 2 tum illius habitum strigosum, hirsutum. 2. τὸ σώντροφον, coævum
 3 temperamenti ad ætatis decursum mutationem in calidius & siccus, quæ in viris est manifesta. 3. τὸ ἐπαυξές, humorem vi vtri-
usque causæ in corpore genitum & aceruatum, qui bilis est vel flaua, vel atra, & pituita salsa, ac putris.

XII.

Qui quidem humores, vel ex partibus ad intestina citantur,

in

in jecore calidiorē, atra bilis, μέλαινα χολή ex liene, pituita acris,
& erodens ex capite. Hanc enim communem ulcerati pulmo-
nis & intestini causam Galenus constituit.

XIII.

Vel in vniuersi corporis habitu acruatim continentur, vt
in febribus putridis, acutis, pestilentibus, quarum tabifica col-
liquamenta ad intestina concitata, ea exulcerant, & νομῆν faci-
unt ex putredine malignam.

XIV.

Hæ igitur dysenterix causæ sunt proximæ & remotæ, qua-
rum notæ satis sunt in excretis manifestæ.

XV.

Primum enim, si humor acris contumaciter obhærens, in-
testinorum internos parietes, leuiter arrodendo destringat, al-
uus cum summa difficultate bilem spumantem, quæ est χολῶδες
ἐπὶ πάνθισμα, excernit.

XVI.

Sequuntur τὰ σώματα σιμελώδη, quæ intestinis annatæ par-
tes sunt glutinosæ & adiposæ.

XVII.

Inde, si carnetenus fiat exulceratio, muculenta membranosa-
rum partium, quæ substantiam intestinorum constituunt, fit
egestio cuiusdam velut epidermidis ramentis innexa.

XVIII.

Vlterius procedente malo, & intestinorum substantiam vl-
cere eam depascente, corpulenta illorum defluit soliditas, cuius
sæpe adeò magnæ visuntur particulæ, ut meritò carnis appella-
tionem Hipp. mereantur; quam in commento Galenus con-
summatam dysenteriam vocauit.

XIX.

Sed in superioribus factam ulcerationem deprehendimus
ex doloris sensu supra umbilicum constituto, alui deiectione
semper reouissima, cui sint ramentorum portiones exiguæ,
cum paucō cruore accuratè permixtæ.

E 2 In

XX: In crassioribus si fuerit ulceratio constituta, sensus doloris secundum umbilicum efficitur, egestionis ventris carnosæ apparent, & cruor cibi reliquiis supernatare purus conspicitur.

XXI.

Igitur dysenteria, si ab atra bile incipiat, *λευκός μόνος*, quia ab exulcerato Cancro nihil quicquam differt; ideoque planè incurabilis & exitiosa: sed à bile flava incipientem sæpe curavit Galenus ibidem in commento, 4. aphor. 24.

XXII.

Si dysenteria laboranti veluti caruncula deiciantur, mortiferum. 4. aph. 26.

XXIII.

In longis intestinorum difficultatibus cibi fastidium, malum, & cum febre peius. 6. aph. 3.

XXIV.

In curatione dysenteriae, in causas imprimis, seu humores erodentes advertere Medicum oportet, morbo tamen interim, & symptomatibus non neglectis.

XXV.

Ne igitur, qui in toto abundant succi, ad intestina confluant, idonea victus ratione, quæ in cibi ac potus moderata quantitate, & qualitate causæ contraria potissimum consistit, cavendum.

XXVI.

Cibus enim, inter initia præsertim, tenuis sit, & parcissimus ad virium suppellectilem æstimandus.

XXVII.

In hujus apparatu familiares sunt, quæ ex amylo, oryza, & similibus farinis, cum lacte ignito pulticulæ parantur.

XXVIII.

De tribulo aquatico, Plinius jam olim panes coctos memorie prodidit. Hodie autem ex farina illius, & paucis amylo,

cum

eum amygdalarum dulcium cremore appropriatè emulsiō pa-
narella confecta, & saccharo rosato tabulato condita, dysente-
ricis non inutiliter exhibetur.

X X I X.

Lactis præparati usum valde hîc commendat Galenus, què
confirmavit sequentis temporis longa experientia, dummodo
febris abfuerit.

X X X.

In hoc igitur casu sunt, qui ex eodem autore castratè e-
jus flatulentam ferociam, affusa aquæ chalybeatæ quarta parte,
& cum stercore canis, solis ossibus aliquandiu pasti, pulvere
propinare dysentericis, etiam febrientibus, planè mirando ef-
fectu soleant.

X X X I.

Quibusdam aqua hordei, pluuia, aut etiam communis cha-
lybeata cum syrupis conuenientibus potatur.

X X X I I.

Diluat hæc vinum dysentericis, non febrientibus, quod ni-
grum sit, modicè austerum, minimè autem dulce.

X X X I I I.

Quies his imperetur, ne motu calor assurgens morbum au-
geat: somnus his utilis, qui alias fluxiones omnes sistit, quas
citant affectus animi immoderatiores.

X X X I V.

Præter hætenus dicta temperant humorum acrimoniam,
aquæ, succi & syrupi stirpium refrigerantium, tum balneæ
aquæ dulcis tepido suo calore.

X X X V.

Trallianus, & Actius, venam dysentericis quadratis, iuueni-
bus, & in plethora, audacter secant, cum moderata tamen &
sensim facta sanguinis detractio.

X X X V I.

Sed in cacochymia pro peccantis succi natura Galen. semel

vna vice purgare maluit, & fluxum fluxu vacuare, adhibitis, quæ roborare intestina possunt, & τόνον eorum adstringendo custodire.

XXXVII.

Aestate τὸ ἐμετικόν præstat, præsertim in vomere assuetis, facta κατ' ἔξιν tum reuulsione ad distantissima, tum peccantis humoris per os insigni euacuatione.

XXXVIII.

Humoribus, qui ipsis intestinis jam obhærentes causæ conjunctæ rationem obtinent, & rodendo illa vlcerañt, detergentibus opus habent, quæ præstant clysteres ex illis parati, & per aluum infusi.

XXXIX.

Morbo autem, id est, vlcere præter abluentes clysteres (quos veteres illi ex muria infundebant; Hodie ex aqua hordei totti chalybeata, melle rosar. saccharo rubro, vel quod melius, saccharo rosato tabulato, & vno atque altero ex oui vitellis conficiunt) etiam desiccantia, consolidantia, & τὰ ἐπυλωτικά conueniunt, quorum formulæ aliunde petantur.

XL.

Quibus ubi mundatum probè antea vlcus fuerit, hircinum seuum utiliter commiscetur, quod facilè substantiæ suæ concretu vlcus superficietenus incrustans, ab alluentium prauorum succorum injuria illud, ægrum verò à dolore vindicet: adstringentibus tamen aliis permistum, vlcus ipsum perlânat.

XLI.

Symptomata denique vrgentia sunt dolor, & egerendi incessabile ventris desiderium.

XLII.

Illum mitigant τὰ ἀνώδυνα cum propriè dicta, tum νάρκηωτικά & ὑπνωτικά seu somnum conciliantia: de quibus sunt theriaca recens, philonium Romanum &c. tum verò præcipuè lac præparatum, inferius infusum.

Desiden-

XLIII.

Desidendi frequentiam (assellationem barbarè vocant) cohibent astringentia foris, intus, supernè, infernè, admota.

XLIV.

Foris sunt litus ex oleo myrtino, mastichino, & similibus, cum paucò aceto, penetrationis gratia: item pulueres, καταπλάσματα, & emplastra ad abdomen.

XLV.


Intus, per os quidem, Syrupi, myrtinus, cydoniorum, miua eorundem simplex, de rosis siccis: Trochisci de ribibus, berberis, spodio: condita, mala cydonia, corna immatura, radix symphyti major: conservæ ex floribus hujus, saccharum rosarum rubrarum antiquissimum.

XLVI.

Præterea pulueres ossium vstorum, & præparatorum, cornu ceruini, crani humani, tum fructuum immaturorum, ut mororum & cornorum, balaustiorum, terræ Silesiacæ, & similia, aqua arnoglossæ, aut alia, conueniente vel vino austero, præsertim infusionis corallorum, dissoluti: quorum tamen omnium usus, non nisi ante cibum tempestius.

XLVII.

In aluum infunduntur lac præparatum, aqua hordei tosti, chalybeata, cum succis arnoglossæ, polygони, sanguinis, Draconis, equiseti, symphyti, seuo præterea hircino, mastiche, gummi Arabico, bolo armena, vel terra Silesiaca, omnibus in clysteris formam, sine tamen melle aut saccharo; sale aut oleo; redactis.



Debetur siquidem (aliquando) barbae (virescenti) e-
hibent alungentis foris, inus, superne, interne, admodum.

XLIV.

Foris sunt hinc ex oleo myrino, malichino, & simili-
bus, cum galeo aceto, penetrationis gratia: item pulueres,
katarrhatica, & emplastris adhibentur.

XLV.


Interius per os quidem, Symplicium, myrino, cydoniorum, ruius
corundem simplex, de totis hinc: Trochisci de hispidis, per-
beris, (pedis, cordis, mala cydonis, cores intracuta, radix
symplyti, major, coniecta ex hispidis hinc, saccharum totis-

XLVI.

Interius pulueres, cydoniorum, ruius, & preparatorum, cor-
porum, & coriorum, balsamorum, res, silicis, & simi-
lium, adhaerent, hinc, conuenienter vel vino aucto,
praeterquam infusione coriorum, dissoluitur: quorum tamem
omnium res, non nisi ante eorum temperantur.

XLVII.

Interius infunduntur hoc preparatum, aqua hordei colli,
chalybeata cum succo anagolae, polygoni sanguinis, Draco-
nis, galeae, Symplyti, sed praeter hinc, malichino, gum-
mi Arabico, hinc, amens vel res silicis, emans in clyste-
ris formam, hinc tamem hinc, aut saccharo, hinc, aut oleo



7.
Dictionum quorundam scripturae hic breviter
explicatorum in diculis.

- Prov. 27. Ruffine dicitur in die Morgendtagis Tractatu XIV. A. 3.
Exodi 20. Vbi dicitur non habere nomen gederis Tract. IX. B.
Esaie, 38. Meum est dicitur, vnde dicitur fuisse X. A. 2.
Jerem. 25. Die expulsi sunt domi dicitur dicitur Tract. XXV. A. 2. 3.
Matth. 6. Luc. 12. Non solum dicitur dicitur dicitur Tract. XXV. B. 4. et seq.
Cap. 16. Tu es Petrus et super hac petram Tract. XVI. C.
Johan. 21. Pasce oves meas, agnos meos XVI. C. 2.
Rom. 12. Multi unum corpus sumus in Christo XVI. A. 3.
Item Gaudeat cum gaudentibus, et fletis XI. A. 3.
1. Corinth. 15. Christus tradet regnum Patri. XX. D. 4.
Ephes. 6. Tinet an domum dicitur dicitur dicitur Tract. XXV. D.
1. Johan. 2. Christus est propitius pro peccatis nostris. Tract. II. C. 3.

Index rerum minus obviarum

- Ambitus vel licitus vel illicitus. Tract. jurid. 29. A. 3. B. 4.
Augustini dictum: Boni utuntur mundo ut fruatur Deo. XXV. B. 4.
de Dei erga nos amore XXV. C. 3.
de Christi aspectu expetendo. XXV. D. 3.
Alexandri M. corpus intra 300. annos in Aegypto non putrefactum XIV. E.
Aqua effusa quid nos moneat. XV. A. 4. B. 1. 2. 3.
Artemista regina bibit de cineribus mariti. V. C.
Astronomia ante diluuium a Sethi nepotibus excogitata. VI. D. 3.
Appellare quis regulariter possit. Tract. juridico 32. E. 2.

Christus dr lux ratione persone & officij. Tract. XX. B.
Christus & Johannes quomodo uterque lux dicatur. XX. D. 3.
Christus quo respectu dicatur pater. ? XX. D. 4.
Christus quomodo sit noster consiliarius. XX. C. 3.
Christus hospes in mundo huius p se huius in membris suis. XI. pag. 6-7.
Christus ipse cum Sanctis Lutetiae templum inaugurat. IX. 5.
Christus dr agnus Dei analogice & matr. II. Thesi 9 & seq.
Christus sacrificus V. T. praesens adfuit, sed non incarnatus. Ibid. Thesi 19.
Christi hominis praesentia duplex, localis & Personalis. V. D. 2.
Christus vultu furit, somno die simul. In summo latet. VIII. D. 4.
Christiani quinam sint. XXVI. B. 4. C. 29. C.
Canonicatus an possit redimi vel acquiri absque simonia crimine
Consuetudo mala cum principio corruptela vitanda. 29. D.
Corma olim militibus Rom. in regentibus data varia. XXV. F.
Claves Ecclesiae datae qd inferant. XVI. C.
Christiani II. Electionis periculum in Albi. III. pag. 2. à sicariis, p. 17.
Contentio de Ducatu Juliacensi sopita p. Grianum II. Elect. ibid. p. 25.
Gyriani encamion. IV. in Intimatione D. j.
Ceremoniae regales olim usurpatae à pps quatuor. VIII. B.
Cultus Dioscori quis sit. VI. E. 3.
Citationis legitime requisita. 32. C. 3.

1. Doctoris verbi requisita tria. XXVII. 2. 4.
2. Doctoribus verbi an liceat aliquid accipere p[ro] verbi p[re]dicatione. 29. B. 3.
- Dignitates vel officia non s[un]t esse venalia. 29. C.
- Decimae et amatae non uno modo considerantur. 29. C. 3.
- Dispensatio quid sit. 29. D.
1. Deus et gratia eius quomodo nobis attribuantur. XXV. D.
1. Diabolus quomodo devoret homines. XXV. D. 2.
3. Doctores verbi sunt angeli, sicut Polycarpus Smyrnae. XXI. B. 2.
- Damnatorum apud inferos pena gravissima. XXI. C. 4.
4. Doctores verbi cur dicantur angeli? XVIII. 2. 3.
- David Messias typus in tribus. XX. D. 3.
2. Diabolus nocere nobis non potest nisi Deo permittente. V. pag. 11. & 13.
2. Deus tentat homines variis modis. VII. pag. 8.
3. Diabolus tentat homines variis modis. Ibid. pag. 13.
3. Dei habitatio triplex, caelum, Ecclesia et cor continentium. VIII. B. 4.
4. Diabolus ante omnia tentat pios, impios vero miseros facit. VII. 2. 3.
- Ecclesiastica officia propter matrimoniorum commoditatem vendere
est simonia cum. 29. D. 2.
- Evangelium cur lux appelletur. XX. B. 2.
- Ecclesia gubernatur vel externo modo vel interno. XVI. 2. 2.
- Ecclesia caput aut monarcham mortalem non habet, sed a Christo gubernatur. XVI. A. 3.

17.



- Ecce in sacris duplicem vim habet. II. Thesi 5. c. 6.
- 1 Ethnici et viros bn de rep. meritos luxerunt. V. B.
Edel- oder Ritterfiz soll 4. rigon pflaffroy fabm. VIII. C.
 - 2 Ethnici phti multa pure Theologica ex pps priby accepunt. VI. D. 2
Exceptiones diffamantium et diffamatorum in iudicijs. 32. D. 2. 3.
- Fidelitas qualis a nobis requiratur. XXI. B. 3. 4.
Fides potest amitti. XVII. C. 4.
- Gedeon quibz in rebz fuent typus Christi. XX. C.
Bott kan man entlauffen, aber dem tode nicht. VIII. 2. 2.
- 1 Hostes tres spirituales nos oppugnantes. XXV. C. 2. 3. 4. D.
Hieronymy de perseverantia in militia Christiana. XXI. C. 2
 - 2 Hostes ministrorum verbi et Christianorum triplices. XVIII. C. 2.
Hugonis dictum de certitudine verbi divini. XX. D. 4.
- Hospitia vel diversa hominum quinqz. VIII. B. 2.
Ignorantia vel iuris vel facti. 29. D. 3.
Ignorantia vel pure negationis, vel prave dispositionis. XX. A. 4.
Imago Dei p lapsum protoplastorum amissa. XX. D. 4.
Joseph in somno vidit tres dromedarios et lobos Regent. XIV. 2. 4. B.
Indignis etiam bn faciendum ne pp eos dignis et negemz beneficia III. p. 30.
Iudicia pversa de cruce et afflictione hom. I. 24. V. 11.
Jobi patientia et fortitudo. V. pag. 15. 16.
- # Hedwig frist Vatterburg, vor dir gewesen. IX. C. 3. 3.

Impij cur ad tempus florent, p̄ v. affligantur. V. pag. 19. 20.
Infirmetas nra magna à G̃ro non reicitur. V. E. 1. 2.
Kirchherris von vom, vord̄n und v̄re die ge. Jofen. Ioh. IX. C. 4. C.
Lutberg quomō novum templum Tongæ inauguravit. IX. p. 18. XII. p. 10.
Leontis Eps dixit de se: Hæc nive lique facta multū cōtūti. XIV. D. 3.
Nō v̄t non fuisset in carnat, si Adam non peccasset. II. C.
Lutberg quomō consulem Witeb. obitum filij ligentem solatū sit. V. p. 33. 34.
Lugere licet mortuos. V. B. 4. C. quibz de causis. C. 2.
Milites Bacchi et Venenis, et Pluti, Soldatig̃r. D. XXV. f. 3. 4.
Ministrantis indignitas non minuit Sacri efficaciam. 29. D. 3.
Mortuis quænam b̄nficia præstanda, Syr. 7. XXIII. B.
Mortis semp̄ meminisse debem̄. XXIV. A. 4.
Manus Dei et manus hostium ut differant. XX. f.
Mors piorum bona, malorum pessima. XVII. a. 2.
Mundus Calvinianis sigcat tm̄ fideles et Eccliam catholicam. II. C. 3. Ben. II. 12.
Mors cur in equo pilvo sedere dicatur. Apoc. 6. IV. a. 3.
Morte repentina obeuntium vita antea spectanda et nomen Dei. V. 13.
Necessitas excusat si momiam, facitq; esse licitum, quod
alias licitum non est. 29. D. 4.

Occisi in bello dicuntur occisi à Jehovah Jer. 25. XXV. A. 2.
Oves dicuntur Christiani duplici respectu. XVI. C. 2
Oculi duplices, corporis & mentis vel fidei. V. C.

Papatus Romanus & Ecclesia Romana non sunt idem. XXVI. A. 3.

1 Papa Romanus iure diu non est Oecumenicus Episcopus. XXVI. B. 4.

Primogeniturae ius triplici respectu spiritualibus annexum dici potest. 29. C. 2.

Patronatus ius et annexum est spiritualibus et nequit vendi. 29. C. 2.

Polycarpi martyris constantia. XXIV. B. 2.

Peccatorum remissio quomodo alias vocetur. XXIII. D. 2.

2 Papa dominatus quomodo capit et incrementum habuerit. XVI. B. 3.

Pseudo prophetae cur dicantur cauda. XX. E. 3.

Purgatorium ex Esaiæ 9. non potest probari. XX. E. 4.

Päpste Kirchengewalt wie die welt / XII. pag 8.

3 Papa à suis gnathombus de capite Ecclesiae. XVI. A. 2.

Patriarcha oecumenicus unquam in primit. Ecclesia fuit. XVI. B. 3.

Pestilentiae causa proxataque peccatum. IV. B. 2.

Pestilentia bonos et malos invadit sed cum discrimine. IV. C. 2.

Photimianam dram suam antiquissimam se iactant. VI. A. 3.

Petrus Galatinus quid scripserit. VI. B. 3.

Popilius Rex Poloniae à muribus devoratus. VIII. D. 2.

Pœnitentia in delictis consumatis non habet locum. D. 4. E. 29.

4. Papa dans Archiepiscopo pallium p aliquot mille floribus,
(non potest non esse Simoniacus. 29. E. 4.

Ratio humana quid præstet in expositione S-literar. C. 3. D. E. VI.

Speculatoris corporalis et spiritualis officium. XXVII. B. 4.

2. Sententia p pecuniam iusta nullig est momenti. 29. B. 2.

Sepulturarum venditio an sine simonia fieri queat. 29. C. 2.

Sicomoris qualis sit arbor. XX. E. 2.

Servetus à Socino Photimiano laudatur. VI. B. 2.

Scriptura habet quaedam q non dicuntur sc-literat. VI. C. 3.

Scripturae sensus verus ex scriptura exportandus non importandus ibid.

Simoniae contrahende in servientia tria. 29. E. et seq.

Supplicans quomodo supplicem libellam iudici offerendum
conformare debeat. 32. C. 1. 2.

3. Tenebrae quid significant. XX. A. 4.

Theodosij Imp. milites patri cui dam dant optionem eligendi
ex duobus filiis, utrum velit vivam retinere. X. B. 4.

Tyberius Imp. dixit: Boni pastoris e tondere pecus. XIV. B. 3.

Templorum Christianorum usus. IX. D. 4. E.

Theses quomodo differant a libris copiose p modum disputandi
conscriptis. VI. C. 2.

Templum Dianae Ephesiae habuit 127. pilas. VIII. C.
Testamentum Vetus & Novum ut Concordent. VI. F. 3.
Virorum praestantium interitus ominosus. XXI. A. 3.
Vita de caelestibus bonis usurpata quae g. plectat. XVIII. F. 2.
Verbum divinum multis nominibus iudicandum. XX. A. 2.
Verbi divini usus multiplex XI. pag. 21. 22.
Venetorum Dux Laurentius quomodo sibi venit uti foro. XI. A. 3.
Valentinianus Imp. Ambrosij reprehensiones placide tulit III. pag. 16.

Et de v. l.

46 ¹²
K, 10

AB 46 ¹²
K, 10


ULB Halle 3
002 814 676


JA → OL
Stk. 6 nicht nicht
erfab

nur

Dat





1/10/17



Dancken /
 ficht.
 56(5)58

Non saluagardia et prote...
 is signa dnu...
 ondu q...
 aone reponit...
 in bono q...
 redempnōis
 defensionis
 profertionis
 infertionis
 dūpnacionis
 saluacionis
 et uirgo...
 nis est...
 dicitur...
 actionis est...

moyses...
 mirabilis...
 qui uirginis...
 in serpen...
 et in uirgin...
 signa...
 imitatu...
 fuit in uirgin...
 uir et flo...
 mian...
 de indice...
 hūm...

de indice...
 hūm...
 florem...
 ad hūm...
 dicitur...
 p...
 dicitur...



GRA
am, qui
cade cr
Tibi spir
andus A
ans ense
saluris
l instru
rribus a
ere quor
ente ve
corda
libi fige
la verb
m gente
redente
precib
ui castn
nt cum
eco ven
agnus
ntiq, vi
conseru
ni celest
ysteria
erire po
a propu
furalib
lligioni
re fum
bus buj
flamme
sidera
Nicola



A. D. O. M. XXVIII.

DE CATARRHO,
DE SANGVINIS PER TVS-
sim reiectione,
DE ASTHMATE,
DE DYSENTERIA.

Preside

ERNESTO HETTENBACHIO;
Philosophiæ & Medic. Doct. & Professore,

Disputabunt

*Testimonium profectus sui, in doctrina & usu artis
Medicæ accepturi,*

In celeberrima VVitebergensi Academia :

M. BALTHASAR SCHULTZIVS, Gryphenb. Pom.
Illustris: Principis ac Dn: , Dn. CASIMIRI, Pom. Ducis &c.
& ciuitatis Colbergensis Medicus.

M. GEORGIUS BELSER, Vlmensis, Physicus
Eilenbergensis.

M. DANIEL SENNERT, Vratislouiensis.

TOBIAS KNOBLOCH, Marcobrettanus, Fr.

Die 3. Iulij, manè hora V. I, loco consueto.

*Viro uicendo, pio et a
Dn. M. Jacobo Furmanno*

VVITEBERGÆ
Typis Gronenbergianis. *autor mittobane.*

Anno 1601.

28.